



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90118014**

§. 28. Duorum Regum Crucigerorum profectio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](#)

Sæcul. XII.

A.C. 1147.

§. XXVIII.

Profectio duorum Regum Crucigerorum.

*Nicet lib. 1. Inter hæc ambo Reges Conradus & Ludovicus singuli in ditiones Manue-*  
*Cinnam. lib. 2. n. 12. p. 37.* *lis Imperatoris pervenerunt, quem in-*  
*numerabiles Germanorum Francorum*  
*que exercitus in extremas compellebant*  
*angustias. Misit de suis, qui venien-*  
*tium itinera explorarent; quamvis vero*  
*illi affirmarent, nullo alio consilio se ad-*  
*esse, quam ut, impetrata transiendi*  
*licentia, Terram Sanctam inviserent, &*  
*oppressum Orientem ab Infidelium jugo*  
*liberarent, nihilominus Græci viribus*  
*destituti, & suspicione agitati, certis-*  
*sime credebant, venisse Occidentis po-*  
*pulos, ut se Imperio Orientis exuerent.*  
*Sed nec Crucigeri ita disciplina militari*  
*continebantur, ut omnem Græcorum*  
*metum pellerent. Manuel igitur intel-*  
*ligens, se vi aperta nihil effecturum, ad*  
*fraudes conversus est, & postquam verba*  
*deditisset in speciem humanissima, Cru-*  
*cigeros per angustos calles iter facientes*  
*ab immisis copiis sterni jussit. Porro*  
*Germanis, urbes potentibus, ut ali-*  
*menta emerent, clausæ portæ objicie-*  
*bantur. Tum Græci, in mœnibus stantes,*  
*funem demittebant & Crucigerorum*  
*pecuniam recipiebant. Ac demum suo*  
*arbitrio,*

arbitrio, quod videbatur, vel panem Sæcul. XII.  
 vel alias escas dabant. Sæpe accepta A.C. 1147.  
 pecunia ex oculis eorum se proripientes  
 nihil reddebant, sæpe farinæ, quam ipsis  
 venumdabant, exquisita perfidia calcem  
 admiscebant. Tam tetri facinoris au-  
 ñor Manuel Imperator esse dicebatur.  
 Illud vero constat, eum nummos cudi  
 jussisse, minore quam fas erat, valore,  
 qui sacris militibus, si qua forte ven-  
 derent, in pretium redderentur. Deni-  
 que nullius generis nequitiaæ pepercit,  
 qua vel per se vel per suos noceret, sic-  
 que Crucigerorum posteri miserando Pa-  
 trum suorum exemplo disserent, in ter-  
 ras Imperii Græci pedem non inferre, nisi  
 perire vellent. Hæc verba a Niceta,  
 Scriptore Græco, accepimus.

Rex Conradus mense Septembri Otto I. Fris.  
 anno millesimo centesimo quadragesimo c. 47.  
 septimo Constantinopolim pervenit, Guil. Tyr.  
 Hellespontum trajecit, & cum exercitu Lib. XVI.  
 in Natoliā processit, acceptis viæ duci- c. 19. 20.  
 bus, quos ei Manuel Imperator dedit. Gest. Lud.  
 Ubi in hosticum delati sunt, Præfecti Duchesn.  
 militares a Græcis monentur; annonam  
 comportarent in aliquot dies, quibus  
 per loca deserta procedendum esset, ut  
 compendio uterentur, tum enim ad mœ-  
 nia Iconii urbis, in fertilissimo solo po-  
 sitæ perventuros. At ignaros locorum  
 in vias impeditas, & averfas deduxerunt,

Sæcul. XII. ubi ab hostibus facillime vinci possent.  
A. C. 1147. Tempore, quod Græculi præstituerant, consumto, Rex Conradus jurgari cœpit, quod adhuc procul ab Iconio hærerent. Et illi affirmare, quod intra triduum civitatem Iconensem visuri essent. Sed, malum! nocte sequente fuga se se proripientes, Germanorum exercitum in sterili regione & impervia destituunt, cum nec unum hominem in tanta multitudine reperire esset, qui modum aut viam evadendi sciret.

§. XXIX.

*Sacra Expeditio male vertit.*

Sultanus Iconensis Turca Seliucida, <sup>a</sup> Manuele Imperatore per nuncios monitus, universas vires collegerat, quibus Crucigeros exciperet. Tunc ergo in Germanos cum equis suis inedia usque adeo debilitato, ut vix armis portandis sufficerent, irruit. Atque ita de exercitu septuaginta millium virorum gravis armaturæ & peditum infinita prope multitudine vix decima pars ferrum hostium evasit. Hanc cladem Crucigeri mense Novembri anno millesimo centesimo quadragesimo septimo acceperunt. Rex Conradus, fuga elapsus, Nicream se recepit, ubi Regem Ludovicum habuit, qui paulo serius ac Conradus Constantinopolim perveniens, & hum

c. 22.

manissime